



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. IV. Quæ probanda sint à spoliato agente ad restitutionem reispoliatæ?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

judicii constet, nullum jus competere spoliato, sed spoliatori (quia acta iudicii faciunt notorium) vel ex confessione iudiciali ipsius spoliati, qui fatetur spoliatorem Dominum esse (quia confessio est probatio probata) vel si de dominio, aut jure spoliatoris constet ex instrumento publico, quod paratam habet executionem; vel si constet de eo per testes, qui rem evidenter notoriam faciunt; vel denique, si per sententiam latam in petitorio constat de dominio seu jure spoliatoris. Tertio non est restituendus ante omnia spoliatus, si ex tali restitutione periculum animæ timeri possit, aut irreparabile damnum, vel publicum scandalum, vel perturbatio in populo timeatur (quia in his & similibus casibus periculum animæ, & publica tranquillitas, &c. prævalet privato commodo spoliati) vel denique si rem notoriè suam, quâ spoliatus est, & quam per viam juris acquirere non poterit, propriâ auctoritate occupavit; præsertim si sine suo damno restituere non potest, cum in tali casu alia via non sit rei suæ recuperandæ, quâ tamen justè & juridicè privatus non est,

## §. IV.

*Quæ probanda sint à spoliato agente ad restitutionem rei spoliata?*

**D**UO probare debet, qui agit interdicto Unde vi, possessionem scilicet, & spoliationem, sive quoddam rem illam immobilem, quâ spoliatum se queritur, tempore spoliationis possederit (presumptivè saltem hoc probando) & quod hac possessione dejectus sit. Uti patet

etiam ex *c. Consultationibus* 10. jura *Gloss. V. possessionem & dejectionem. De offic. & gressu. Ind. deleg.* Et hinc quibus interdicto experiri vult, non audiat, etiamsi probare velit se Dominum huius rei esse, nisi probet rem se possedisse, & eâ spoliatum fuisse. Uti habetur ex *Olim* 17. h. 2. Cum lapsus non sit idem possessor & Dominus; neque in casu profanis necessarium est, titulum probare possessionis, cum etiam prædo in hoc restituendus sit. *c. In literis. 5. h. 1.*

## §. V.

*Quæ à spoliatore, seu violento in valore restituenda sint spoliatori?*

**N**ON tantum rem unâ cum fructibus naturalibus, qui percepti sunt, & percipi etiam potuissent, restituere debet spoliato violentus spoliator, sed & valor rei alienæ, (deductis tamen expensis, quæ in colligendis & conservandis fructibus v. g. fieri debebant) & omnia insuper damna refarcire (etiamsi spoliatus non omnia hæc petiverit) ac in injuriis integrè satisfacere, *c. Gratia* 10. h. 2. Quod si tamen spoliator & ipse spoliatus tuit, nec ob inopiam habeat, cogi non debet ad restituendam rem unâ cum fructibus, nisi prius restitutus & ipse fuerit, *c. Olim vobis* 16. h. 1. Cuius inanis sit actio, ut ait Pontifex, quæ executio sententiæ latæ de solutione fructuum faciendâ, suspendatur.